ROBERTI VALTVRII DE RE MILITARI LIBER SECVNDVS.

Quod maximos huic disciplinæ fructus afferat philosophiæ & historiarum cognitio, quodq; maximi duces historiam scripsere.

VIta igitur literarum studia quum sint, vt antè diximus, Imperator inuicte Sigismunde Pandulphe, quæ summum decus & ornamentum ducibus queant afferre, erit & in re hac illa præpollens philosophiæ tum historiarum omnis æui summopere peroptanda cognitio: nam quicp docti & excellẽtes viri qui vsquã sunt grauiter ac peritè locuti, omnem viuendi rationẽ ita distribuũt, vt pars altera sit in prẽceptis & institutis, pars altera in historiis collocata. Illa enim viuendi rationem & legem quum præ se ferat tradátque hominũ officia, quid sit honestũ, quid turpe, quid vtile, quid quemcp deceat, quid non, & cætera quidem acri ingenio excogitata in medium afferat, cùm tamen per sese explicantur, segnius legentium animos iritant, facíque quodammodo incredibilia iudicantur: vbi verò prẽclara rerum ac temporum testis accedit historia, faces quasdam ac stimulos sic cõparat, vt obscurum haud sit mẽtes hominum ita tepescentium, clarissimorum facinorum memoria ad gloriæ et immortalitatis studiũ vehementer accendi: quod genus Pythagoræ, Democriti, Platonis, & Aristotelis, cæterorúmque philosophorum præcepta iubent, vt acerbissimos cruciatus, & maxima vitæ discrimina ineamus, vt fidẽ iureiurando hostibus datam non fallamus, vt coniunctiones pactionésque bellicas & hostiles non perturbemus, eorum quidem probabitur oratio, ad rem autẽ proficiscẽtibus torpebit animus, perhorrescet cadétque: quòd si L. Bruti facinus in expellendo Tarquinio, aut Scipionis Nasicæ inuicti animi magnitudinem & robur contra Tyberium Gracchum, aut M. Attilium Regulum, Cassium Sceuam Centurionem, Attilium militem, aut L. Sicinium Dentatum, plebium Tribunum, vel Cynegirum quempiam ex historiarũ monumentis quasi testes adduxeris, quis est adeò vecors, adeò exanimis, vt eorum exemplis non excitetur, non animetur, nõ impellatur ad patriæ incolumitatem, ad sui suorúmque salutem vindicandam, cõseruandam, discrimina mortésque pro nihilo ducat. Sic enim Mylciadis trophæa somnos eripuisse Themistocli, sic alii sunt ad imitandos præstantissimos duces Alexãdros, Scipiones, Fabios, Catones, Regulos, Cursores, Valerios, Marcellos, Aemilios, Cęsares deniq; ac reliquos innumerabiles crebro rumore virtutum suarum incredibili ardore cõpulsi. Porrò si aliam historiæ vim libet inspicere, reperiemus eã non minimam nec mediocrem ducibus in consultando auctoritatẽ, & in gerẽdo peritiam accõmodare posse: quòd si veterum res gestas memoria repetamus, inueniamúsque maximas res publicas, prẽcellentissima regna, potentissimos diuersarum gentium populos, grauissimo senum adoleuisse floruissèque consilio, ꝙ hi temporũ diuturnitate, multarũ gentiũ vertigine & experiẽtia multa sciisse, permulta vidisse crederentur,

rentur,quanti faciemus totius antiquitatis ſtudioſos homines atq; peritos,quibus non vnius ſenatus & imperii,neq; vnius ætatis,ſed omnium penè gentium omniumq; ſæculorum res, viſæ cognitęq; ſint? quæ omnia Cicero noſter hiſtoriam deſcribens,paucis & his quidem verbis expreſſit,Hiſtoria eſt teſtis temporum,lux veritatis, memoriæ vita,magiſtra vitæ,nuncia vetuſtatis. Ex qua deſcriptione,temporum rationes,hominum res geſtas,vniuscuiuſque vitam,naturam,formam,cogitatus,conſilia,mores,naturæ in ſolita opera, fortunæque inſperatos euentus accipies:hac in re aderit quoque ſcriptorum genus, quaſi caſtrenſe,egregium ſanè atque pręcellęs,quos ad pacis vſum bellique tempora legere atq; manu verſare operæ pretium ſit : Verùm apud exteros quidem Herodotus ille imprimis atque Thucydides:ille enim Perſico bello merens,quo tempore Xerxes in Græciam duxit exercitum,quãtum hoc dicẽdi genere valuerit, eius hiſtoria elegantiſſimè ſcripta declarat.Hic verò non ſecus cùm in re bellica aliquandiu verſatus eſſet, tandem ſe contulit ad ſcribendam hiſtoriam, in qua ita claruit,vt cùm eius fama in bello non obſcura eſſet,maiorem ex eo ſtudio q̃ ex armis ſibi laudem et gloriam cõpararet.Idem etiam de Timotheo Cononis filio liceret dicere,qui quũ ſummus Imperator fuiſſet,elegantiſſimè perſcripſit hiſtoriam,& quod magis ſcio admirabere,ſi Probum non legeris,Hannibal Pœnorũ dux inclytus,tot tantisq; bellis implicitus,de Cn.Manilii Volonis rebus in Aſia geſtis nonnulla ocii, ſolitudinis, & ingenii ſui Græcis literis monumenta reliquit.Ioſephus hebræus genere,& Galilęorum dux à Veſpaſiano captus, Titóque filio eius relictus, Hieroſolymis Romã veniens,nónne bellum quod cum Romanis geſſere Iudæi omnium maximum atrociſſimúmque, ſeptẽ libris digeſtum,patri filióque imperatoribus obtulit,ſtatuámque promeruit? Mitto alios antiquitatum libros ab exordio mũdi ad quartũdecimum vſque Domitiani Cęſaris annum, ab eo quoq; quorundam ſententia ita vti ſunt apud nos latinis literis & orationis venuſtate conſcriptos : ſunt qui eum ſcripſiſſe literis Gręcis putẽt,poſtea verò in Latinũ verſos illos è Gręco,quidam à Ruffino Aquilegiẽſi,aliique ab aliis traductos malint.Ex noſtris quoque ducibus nonnullis cùm militaſſent,hoc idẽ quod externis propoſitum fuit, vt nec in armis ætatem totam contererent, verùm ab negotio caſtrenſi ad hiſtoricum ocium, & ab hiſtorico ad caſtrenſe aliquando ſe mutuò conferrent . Vnde M. Porcius Cato quem honoris ac differentiæ cauſa,modò priſcum,modò ſuperiorem,aliquando maiorem, ſępe familiæ Porciæ principem , plerumque Cenſorinum docti vocant,Originum libros ſcripſit, egregium quidẽ opus atque diffuſum,& in quo ſi vſquam alibi hiſtoriæ plurimę & antiquitatis monumenta extant,eiuſce rei ſeptẽ ſunt libri cõſcripti, ſed primus quæ ſint Romanis à regibus res geſtę cõtinet,ſecũdus et tertius cuiusque ciuitatis Italicæ cõditorẽ,ortũ & originem,quã ob rem Originum libros inſcripſiſſe viſus eſt : quartus bellum primum Carthaginenſe,quintus ſecundum, terribile atque memorandũ,quod Hannibale duce cum Po. Ro Carthago ſubiit . Quæ autem ſunt eo ſuperſtite bella deinde confecta , ſextus & ſeptimus vſque ad præturam Sergii Galbæ referunt,expoſitis etiam in Italia & Hiſpania,quę aut eſſent aut viderẽtur admi-

ratione digniſſima. Nobilem deinde ducem Q. Fabium, qui etiam romanę hiſtorię ſcriptor eſt,& cuius orationis Thucydidis orationibus q̃ ſimiles fuiſſe aſſerunt,miris in cœlum laudibus ſuperior tollit ętas,quanquàm ex pictura magis,q̃ ex literatura nomen inuenerit. Conſimili ratione Syllam Luculli res clariſſimè geſtas,memoriæ hominum demandantem accepimus, & ad eum ipſum qui commentariis maiore quodam orationis cultu & ſplendore eam ipſam hiſtoriam expolire potuiſſet. Magna etiam huiuſce rei D. Iulii Cæſaris inter cæteros acta cura eſt, in ſcribendis ſiquidem Gallici ciuiliſq; belli Pompeiani commentariis(ſic enim libros ſuos appellauit) hanc diligẽtiam adhibuit, vt ſingulis libris ſingulorum annorũ res geſtas colligeret: libros igitur ſeptem de bello Gallico,& tres de ciuili Pompeiano ſcripſit, ſuperioribus autem octauum poſt eum necatum addidit Hirtius. Is namque libro vno quæ deerant de bello Gallico ad finẽ cum integritate ſuppleuit:poſtremò libri ſunt tres de Alexandrino,de Aphricano,de Hiſpanienſi bello ſcripti, horum auctorem Suetonius qui antiquus & nobilis eſt ſcriptor, eſſe incertum refert, quòd eos ſcriptos alii ab Hirtio,alii ab Oppio eſſe putent: Hirtius autem in ſuo octauo qui eſt,vt dixi,de bello Gallico ita prędatur,quod iſti etiam tres de bellis quæ in Alexandria deinde geſſit Cæſar ſcripti ab eo haud dubiè videantur: quę hoc in loco à me dicta ſint vt vera,ac teſtimonio Hirtii & Suetonii approbantur, inſcriptiones tamen ſolent (memini)quædã haud minus falſæ q̃ variæ inueniri, q; aliqui Iulio Cæſari,quidam Iulio Celio, nonuulli Hirtio,multi Suetonio nõ iſtos aut illos modò,ſed quos nominaui libros omnes de Cæſaris geſtis(ſunt enim numero quatuor & decem)inſcribant:ſed vt libet diſponant illi,Hirtium nos ac Suetonium ſecuti ſumus. Eadem Cęſariana tempeſtate Aſinius Pollio, Dalmatico triumpho etiam inſignis prętermittendus non videtur:et quãquàm eloquentiæ ſuæ nulla ſuperſint monumenea, eum tamen hiſtoriarum ſcriptorem nobiliſsimum fuiſſe memoriæ proditum eſt. Marcus autem Varro quem etiam militaſſe conſtat,quantùm hoc ſtudio Romanis rebus profuerit,de temporum deſcriptionibus, de patriæ ætate libri ab eo accuratiſsimè ſcripti clarè teſtantur. Quid Cicero noſter,orator ampliſsimus & Imperator? nónne cùm militaſſet, hoc literarum genus ita excoluit,vt de tẽporibus ſuis ſcripſerit, to tãmque Cyri hiſtoriam à Xenophonte conſcriptam legendo contriuerit pariter & excuſſerit: annales etiam ab eo eſſe conſcriptos atque de Coſmographia libros Priſc.Cęſarienſis refert,& fragmẽtũ adhuc ſupereſt.Fuerunt & alii prętер hos Romanorum Auguſti,maximi ac nobiliſsimi principes ducéſq;, orbis ac rerum ſummam adepti, hoc ſcribendi munus minimè aſpernati, Octauianus Auguſtus imprimis & Claudius: ille enim rerum à ſe geſtarum libros tres ac decem cum eſſet in Hiſpania Cantabrico tenus bello edidit, hic verò hiſtoriam Tito Liuio hortante in adoleſcentia, Sulpitio verò adiuuante aggreſſus eſt: in principatu etiam ſuo plurima cùm literis huiusmodi cõplexus fuerit hiſtoriæque ſuæ initium ſumpſerit,poſt cędem obitúmque Cæſaris dictatoris,prioris materiæ duos, poſterioris vnum & quadraginta libros reliquit.Huius etiã literariæ & hiſtoricæ famæ tã cupidum Hadrianum fuiſſe nouimus, vt rerum

ſuarum

ſuarum volumina notauerit, familiaribus libertiſq; ſuis nominibus eorum inſcriptis inuulganda contulerit. Gordianus deniq; ſenior, panegyricum ſiue laudes Antoninorum omnium qui ſuperiori tempore fuerant, oratione ſoluta cõgeſsit in libros, & etiã Antoniniados, hoc eſt, Antonini Pii & Antonini Marci elegantiſſimis verſibus in triginta libris vitam illorum & bella publicè priuatimq; geſta perſcripſit. Taceo alios innumeros rerum geſtarum auctores, ſine quibus præclara ſuperioris temporis vtriuſq; linguę regum & ducum acta, aut penè deperiſſent, aut eſſent in tenebris perpetua obliuione ſepulta: vtq; ad vrbium iam maximarum nomina conuertatur oratio, nónne ſuo iam igne cõſumptum eſſet Ilion? Nũ cõſumptę Thebę? Num Micenæ? Lacedæmon? Athenæ? Num Corinthus, Carthaginis Byrſa, ac veteris mœnia Babylonis? Quid Roma denique ipſa, vnica quondam mundi gloria, ac clarorũ tot virorũ patria & domicilium? nihil profectò, niſi & Gręcis & Latinis rerum geſtarũ ſcriptionibus ſuſcitaretur: hac enim re vna muti loquuntur, abſentes adſunt, mortui viuunt. Mortuorum enim vita (vt inquit Cicero) in viuorum memoria conſiſtit: quò fit, vt res ab noſtra ætate memoriáque remotas melius cognoſcamus, ſi modo ſint claris auctoribus illuſtratę, q̃ quæ recẽtior dies attulit: cũ qui ne vnquã vrbem viderint, illuſtres tamen Romanos réſque eorum magnificè geſtas ita norint, vt res omnis penè longe melius, quã qui à multis ſæculis citra inde oriundi ſunt, cognouiſſe videãtur. Poſtremò ad ea quæ adeunda ineundáque ſunt locorũ genera, nihil conducibilius q̃ regionũ terreſtriũ aut maritimarũ ſciẽtia, cum non ſolũ agros, ſyluas, nemora, ſaltus, montes, flumina, lacus, ſtagna, portus, & maria, ſed tot oras orbis & vrbes, ſparſaq; imperia, et populorũ diſſonas diſsidẽtesq; linguas ita deſcribit, vt nõ tã ore ac mẽte q̃ oculis legere te reputes. Quocirca et pręclarũ (vt inquit Flaccus) et vtile nobis exẽplar ꝓpoſuit Vlyxes

Qui domitor Troiæ, multorum prouidus vrbes,
Et mores hominum inſpexit, latúmque per æquor.
Dum ſibi dum ſociis reditum parat, aſpera multa
Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis vndis.

Illud quoq; in eodem genere Alexandri Cæſ. inſtitutum ſæpenumero ſcitũ et memoratu dignum mihi videri ſolet, qui ſapientes obeundis in rebus cõſiliarios hiſtoricos cõſulebat, & milites veteres & benemeritos ac locorũ gnaros, vt ſi quid huiuſcemodi ſuperiori ętate bene actũ eſſet, vel vſu ꝓbaret, vel melius ac prudentius cerneret. Pręclarum & illud quoq; Demetrii Phalerii, Ptolemeum Aegyptium admonentis, vt libros in quibus iuſti regis officia & illuſtriũ principum vitæ ac mores literis demãdati eſſent, & ſtudioſè legeret, & de manibus nunq̃ emitteret. Huic cõſentaneũ non minus eſt, quod à Scipione Aphricano diuino homine obſeruatũ inuenimus, qui nõ tantũ ſtudii operæq; Xenophontis lectioni, in qua Cyri vita cõtineri dicebatur, impendiſſet, ni bello vel pace exiſtimaſſet eam ſibi lectionem plurimũ ꝓfuturã: nec Cato ille Priſcus aliam ob cauſam manu ſe ſua nato res geſtas maiuſculis literis exaraſſe teſtatur, niſi vt domi maiorum virtutis ſimulacra filio vſui forẽt et adiumẽto. Quæ cũ ita ſint, egregiũ ſanè conſummatúmq; belli ducẽ neminem eſſe poſſe arbitramur,

qui non harum rerũ cognitione & doctrina ad ea quæ ſibi propoſita ſunt munera tractanda inſtructus atque ornatus acceſſerit, qui non ea quæ de bonis rebus & malis,de contemnenda pecunia,gloria propaganda, frãgendis cupiditatibus,conformandis hominum moribus,excipiẽdis periculis ac morte,pro honeſtate appetenda,ſapientiſſimi viri maiores noſtri monumẽtis ſuis ſcripta nobis reliquerunt , non modo audierit,legerit,verſauerit,verũ etiam in his exercuerit ſe diutius,& earũ exempla ab omni memoria antiquitatis cognouerit, cognitáque tenuerit,nõ minora denique priuatim publicéque Pythagorã,Democritum,Zenonem , Chryſippũ, Platonẽ,Ariſtotelem,Liuium,Salluſtium, Herodotum,Thucydidem,Ephorum, Theopompum,cæterósque ſapientes egiſſe aſſerentes,q̃ ſi duxiſſẽt exercitus,geſſiſſent honores,leges tuliſſent,nec ſolum palmas & coronas his tribui oportere,ſed etiam decerni triũphos & inter deorum ſedes eos dicandos iudicare.

De Eloquentia quantúmque huic ipſa rei conducat.

Cap. I.

ADiicienda eſt huic,ni fallimur,illa quæ rectè à prẽclaro poëta flexanima dicta eſt omnium regina rerum oratio , hac quam modo diximus hiſtoria famoſior multo & illuſtrior.Sed cum duplex ſit orationis ratio,& in altera ſermo ſit,in altera cõtentio,non eſt id quidem dubium quin orationis contentio maiorem vim habeat ad gloriã : ea eſt enim quam eloquentiam dicimus.Sed tamen difficile dictu,quantopere cõciliet animos comitas affabilitásque ſermonis.Extant epiſtolæ Philippi ad Alexandrũ, Antipatris ad Caſſandrum,& Antigoni ad Philippum filium,quibus præcipiunt vt oratione benigna multitudinis animos ad beniuolentiam alliciant,militéſque blando appellando ſermone deliniant. Quæ autem in multitudine cũ contentione habetur oratio,ea ſæpe vniuerſam ita excitat gloriam,vt flagrãtes cupiditate animi ab improbitate,auaritia,luxuria,ignauia,deſidia,flagitio deterreantur.Remiſſi verò atque languentes metúque abiecti,ad virtutem,dignitatem, decus,ac gloriam excitentur, inducantúrque in ſpem cogitationemque meliorem:quæ ſingula licet niſi ab his qui naturas hominũ vímque omnem humanitatis cauſaſque eas,quibus mentes aut incitãtur aut reflectũtur, quos philoſophos eſſe nouimus,& quibus hi loci potiſſime debentur,proſpiciantur:tamen neſcio quo pacto & ira & miſericordia omníſque animi ſuſcitatio in poteſtate eſt oratorum:quorum fœlicem ac beatam eloquentiã ab omni populo fuiſſe ſpectatam,& veluti numen quoddam celebratam nõ ambigimus ,quum neque nos lateat ab ea quàm ſæpe tyrãnos vrbibus eiectos atque ſublatos,ſedatas diſcordias,mitigatam inuidiam,turbulentos ac ſeditioſos ciues oppreſſos, plurimos ad honores ac imperia magna prouectos , plurimáſque partas vrbes, quæ ita fuiſſe ſuperiorũ tẽporũ demõſtrat euẽtus,et clariſſimorũ virorũ illuſtriũq; rerũ publicarũ teſtãtur exẽpla:atq; vt à noſtris his in rebus qui multũ valuere noſtra fidẽ ſumat oratio: qs dubitat aliter hac comitate et ſermonis affabilitate militariq; facúdia et bellis accõmodata fieri potuiſſe,quod à L.Bruto,ſpectatæ nobilitatis virũ factũ eſſe ſcimus,qui potẽtiſſimũ regẽ expulerit , ciuitatẽq; ppetuo iugo liberarit.Paulo etiã poſt reges exactos,qs neſcit hac ipſa orati

one

one plebẽ armatã, variis ſtimulata iniuriis, & à patribus diſſidẽtẽ ꝓpe ripã Anienis fluminis, eũq; mõtẽ q ſacer dicitur, ſiue cuius Piſo teſtatur Auẽtinũ occupãtẽ, Meneniũ Agrippã graué ea tẽpeſtate virũ dicendo ſedaſſe? poſſumus Appiũ Claudiũ ãpliſſimũ virũ ſenectute ac oculorũ orbitate cõfectũ his ãnumerare, q à filiis lectica per forũ deuectus in curiã, his auditis quę in ſenatu & pręclarè & humaniter à Cynea dicta erãt, quũ & liberationẽ captiuorũ, & auxiliũ ad ſubigendã Italiã Po.Ro.Pyrrhus offerret, ac pro his nihil aliud quã amicitiã ſibi Tarentiniſq; ſecuritatem poſtularet, pluribus ad eã rem inclinantibus, magnifica oratione auctor fuit, vt eiuſmodi pacis quæ plurimum turpitudinis & inſidiarum habitura erat, fœdus nullo pacto reciperent. Poſſumus merito M. Tullium Ciceronem ſermonis & contentionis præſtantia omnipotentẽ dicere, qui Verrem audaciſſimum hominem ſceleſtumq; criminibus ſuis oppreſſit, & ferociſſimis ſeptum armis, nihilq; non auſurum Catilinam inermis exterruit, ac de incendio vrbis & ciuiũ ſanguine cogitantem truſit in exilium: qui mœnia Romana, tecta, tẽpla, Capitolii arcem, bonorum lares, totum deniq; corpus imperii impendenti iam prærripuit ruinæ: quo merito primus omnium (vt inquit Plinius) parens patriæ appellatus, vt qui primus in toga triumphum linguæq; lauream meruit, facundiæ literaiúmq; Latinarũ æquè parens, omnium triumphorum lauream adeptus maiorem, quãto plus eſt ingenii Romani terminos in tantum promouiſſe q̃ imperii. Addidit etiam Cæſarem dictatorem ipſius quondam Ciceronis hoſtem de eo talia ſcripſiſſe, ex teſtibus inimicitia fidem ſibi ſumens, qui & ipſe quantum militari valuerit eloquentia, nemini mediocriter etiam erudito ambigendum eſſe cẽſeo: quippe qui aut diſertiſſimos dicendi artifices ęquauit, aut exceſſit eloquio: accuſator namq; Dolobellę plus q̃ militare ſit munus, ſummi oratoris officium impleuit: in qua quidem accuſatione extorqueri ſibi cauſam optimam L. Cottæ patrocinio queſtus eſt, quo verbo facundię vim expreſſit, vt Valerio videtur. Nimirum verbum extorquere hanc vim habet, vt reus ille nõ ex facili, ſed ex arctiſſimo quidem indiſſolubiliq; laqueo verbi, vbi Cæſareo eloquio victus erat, præreptus videretur, poſtquã accuſationem (vt Suetonius inquit) haud dubie principibus patronis annumeratus eſt. Enumerare poſſem quibus præliis eius oratio ita militum animos incenderit, vt periculi omnis immemores, læti etiam & exultãtes in ferrũ ruerent, quas ingentis exercitus ſeditiones compreſſerit, quot armorum milia ſolus & inermis oratione terruerit, vſqueadeo vt ad nutum perorantis inuẽti ſint, & qui colla porrigerent, & qui ferirent: qui verò gemeret nemo, niſi narratio longior foret. Nec Auguſtum inter multa animi ingeniiq; ſui bona ab huius, quã modo diximus, paternæ eloquentiæ ſtudiis abhorrentem nouimus. Nã vt de illo ſcriptum eſt, genus loquendi ſecutus elegans & tẽperatũ, præcipuã curã duxit, ſenſũ animi quàm aptiſſimè exprimere, & amicos irriſit verba inſolita & obſcura captantes, & hoſtem increpuit, vt inſanũ, ea ſcribentem quæ admirationis plus quàm intelligentiæ allatura eſſent animis audiẽtiũ. Nec eſt mihi de eloquentia clarorum ducũ ſcribenti Aſinius ipſe Pollio ſilẽtio obruendus, quem (vt appareat ſuum cuiq; iudicium fore) medium inter duos eloquẽtiſſimos

tissimos Latinorum,M. Tullium & T. Liuium Seneca cõstituit,ita non spernendus auctor. Tres enim vult esse eloquentię principes, quos in epistola quadam videtur omnibus prę ferre,secundum faciens Pollionem,cuius orationem Ciceronianæ dissimilem,salebrosam,& exilientẽ dicit, & vbi minimê expectes relicturam.Si verò Portii Catonis quispiam quærit eloquentiam in orãda causa,oratoriæ artis magnum ea ętate decus illi partum dices : quippe qui omnis generis eloquentię eius orationes tam multas pro se,pro aliis,& in alios egerit, sicq; perorauerit,vt nõ ab re Romanus in vrbe Demosthenes diceretur:id etiã vbi nactus prę cæteris,vt eius propriũ sit quater et quadragies causam dixisse, nec quemq; sæpius odio & inimicorum simultate petitum,ac semper inuictum & absolutum: cuius eloquentiæ vim atq; naturam quum ipse probè nosset,ac iuuentutem hortaretur ad audacter pugnandum,asserebat verbo magis quàm ense, & voce quàm manu,plærumq; euerti & cõsternari hostes solere.Excellẽtem & egregiam quoq; L. Crassi facundiã si aliunde nesciremus,hinc liceret intelligere, quòd in libris de oratore M. Cicero mortẽ eius magnificentissimè deplorans,omnes illum semper eloquentia,paucis verò ante obitum diebus sese etiam vicisse commemorat . Certatim quoq; secum eloquentiæ studiosos ad eũ locum,quem nouissimè pedibus ille calcauerat , post ipsius mortem rediisse ,captus dulcedine & recordatione sermonis,quẽ ex eo nuper audierat ,& velut iterum auditurum. Addit etiam id vni Crasso singulariter cõtigisse,vt quotiens peroraret,totiẽs solito altius ac sine exemplo locutus videretur. Enimuero quia fama huius aliquando apud vulgus ignotior est,non alienũ existimaui duo etiam M. Tullii dicta subiicere, quibus de hac re præ cũctis fides habẽda est.Nanque apud eum ita scriptum iuuenio,Crasso dicẽte, nemo tam arrogans qui similiter se vnquam dicturum esse confideret:& iterum,omnibus auditis oratoribus , sine vlla dubitatione sic statuo & iudico , neminem omnium tot & tanta quanta sint in Crasso habuisse ornamenta dicẽdi.Idem de M. Antonio testis adest . Siquidem cùm quodam in loco de hoc déq; superiore simul loquens dixerit fuisse vtrumq; tũ studio & ingenio & doctrina pręstãtem omnibus,tum in suo genere perfectum,vt neq; in Antonio deesset ornatus orationis,neq; in Crasso redundaret,alio tamen loco omnium quos ipse audisset eloquentissimum ait Antonium,quasi de industria dubium relinquens,quò tãtarum laudum stateram potissimum inclinaret . Verũ fama huius vulgatior videtur,cui multũ adiecit nouissimus dies,quo migrauit ê vita:in illa enim tẽpestate Mariana, vbi nullus misericordię portus erat,iussi scelerũ ministri Antonium trucidare,vbi domum eius peruenere, Antonium intuẽtes , ac alium alius ad cædẽ hortaretur præmitterétq;,tanta fuit oris illius dulcedo , sed quædã persuadendi dea potius,vt loqui quum inciperet, milites omnes præter vnum Annium eius oratione deliniti,districtos iam & vibratos gladios incruẽtos vaginis redderent,ac à summo furore protinus ad summam misericordiam conciderent.Huius est etiam ille ad persuadendũ efficax actus orationis , cuius in Oratore suo aliisq; in locis meminit Cicero:cum enim M. Aquilium qui cõsul fuerat & dux apud senatum & populum clarus , omni tandem honore spoliatum

tum & ad extrema fallacis fortunę prȩcipitatum ſenem in capitali cauſa defen deret, in medio orationis ardore & deformen ſqualentémque reum ſuſtulit, putrémque eius diſcindens tunicam,ac generoſi quondam tunc miſerandi pectoris cicatrices iudicibus oſtẽtans,ſimulq; ad C. Marium qui inter aſtãtes erat verſus, & vt collegæ dudum miſereretur multis cum lachrymis oſtentãs,miſericordiam omnium concitauit: vtq; ad exteros prolabatur oratio,quibus carere in hoc quidem ſermonis genere non poſſumus, occurrit nunc qui primas militaris huius eloquentiæ partes ſibi vendicat Piſiſtratus, quem rara quadam eloquentia florentem Athenienſibus imperitaſſe patientibus,atq; vltro ei deferentibus imperium cõſtat: quod ne magis obliuione quàm iudicio factum exiſtimetur,ex eo coniici poteſt, maxime quum Solon orientem Piſiſtrati tyrannidem multo antè proſpiciẽs,euocata concione,pfectus in publicũ,lorica armatus & clypeo,inſidias & improbos conatus eius aperuiſſet: neq; ſolũ orientem, verũ quum relicta patria depoſitis ante curiã armis in Aegyptum indignabũdus nauigaſſet, atq; inde Cyprũ profectus,pòſt ad Crœſum perueniẽs,atq; inde in Ciliciam Piſiſtratũ in tyrãnide perſeuerãtem didiciſſet, eos rurſus per epiſtolam ſic monuit,Siquidem per veſtram vecordiam dira toleratis,nihil in hac parte diis acceptum referatis:ipſi enim vobis horum cauſa eſtis,qui pignora vt duram ſeruitutem pateremini dediſtis:veſtrum verò vnuſquiſque vulpis veſtigiis incedit, omnibus autem leuis & ſtolida mens eſt:quippe viri linguam ſermonemq; varium & plenum aſtu & fallacia attenditis, rerum exitum conſiderare neſcitis.Huius quoque tyrannidis & eloquentiæ ſucceſſor Pericles dicendo tam ſimilis fuit, vt qui hunc audirent, illum ſe audire arbitrarentur,ſi modo vnquàm eum audire contigiſſet:hoc tamen iſte præſtantior,quòd alter eloquentiam armis adiuuerat:huic eloquẽtia ſola ſatis fuit ad imperiũ,quod & diuturnum geſſit & magnificum.Quadraginta enim annos rempub.tenuit, eodémque tempore & vrbanis rebus præfuit & bellicis inermis ipſe.Sed tamẽ armata fultus eloquentia,dictu mirabile,vt quum aduerſus omnium ſalutem diceret,cum voluptate ſũma omnium audiretur.Quid Alcibiades Clineę filius, Atheniẽſium & ipſe Imperator ſummus mari ac terra,nónne tanta eloquentia præſtitiſſe,ad tantãq; rei militaris gloriam perueniſſe perhibetur,vt vtraq; in illo duce laus de excellẽtia certare videatur? qui quod ad reliquos attinet tãtũ dicendo valuit,vt nemo ei dicendo poſſet reſiſtere. Hanc itidẽ oris orationisq; vim atq; potentiam apud Homericum Neſtorem, veluti quodam ingenti ſpeculo clarius licet inſpicere:nam quũ duo totius exercitus columina diſſiderẽt, Agamemnon regno pollens,& Achilles potens bello,deſideratur vir cuius ore melle dulcior profluueret oratio,& peritia multa memoratus,qui Atridę ſuperbiam ſedet, Pelidę ferociam compeſcat,atq; eos auctoritate auertat, exemplis moneat,oratione permulceat.Similiter apud eundum poëtam,quum in concilio Græcorum Agamemnõ ſopitis ſumno membris, quod de inſtruẽdo prȩlio viderat,efferret in medium.Neſtor fidem relatis concilians,exercitui non minus eloquentia,q̃ reliqua omnis multitudo ferro & viribus fuit adiumẽto. Eadem ratione dux ille inclytus Græcię non tantùm, immo nunquam (ſi Ciceroni

roni credimus)optabat vt Aiacis ſimiles haberet milites,ſed vt ſapientes ſimiles Neſtoris.Quòd ſi ſibi concederetur,non dubitat quin breui tempore Troia foret peritura . Adhec etiã accedit Socraticus ille Xenophõ, qui optimum dicebat vel tribunos vel equitũ præfectos eloquẽtia præſtãtes parare, vel oratores idoneos in cõcionibus caſtrenſibus adhibere,qui equitibus peditibûſq; vi orationis & copia terrorẽ incutiant,metu quò meliores fiant:ſedent etiam & ad trãquilliorem partem traducant , ſi quando temere cõcitati fuerint : nec aliam ob rem denique Pyrrhus ille ſapiẽtiſſimus rex & Imperator dicere ſolitus eſt,Plures à Cynnea vrbis,quàm ab ſe armis vrbes eſſe partas : niſi q omnia Euripidis ſententia conficit oratio,quę haud hoſtile ferrum conficere poteſt.

De poẽtis,qui fructus ex eis,& qui audiendi,quique repudiandi ſint. CAP. II.

CVmque finitimi ſint oratoribus Poëtæ regesq; ſuperiori tempore & inclyti duces quum bellum inituri eſſent, ſacra Muſis de more antê perſoluerent,vtpote quæ diſciplinæ iudiciorumq; meminiſſent , quo & faciles ac promptę periculis adeſſent,& facinora præliantium memoratu digna redderentur:eos audiendos legendôſq; quum inhæreant penitus mentibus eſſe operępretium arbitramur:maximè quum magnam ſpeciem doctrinæ atq; ſapientię præ ſe ferant : Cæterùm hi quum multiformes variiq; ſint, vt Tragici,Comici,Epici,Melici,& Iambici,ac Dithyrãbici,apûdq; alios poẽtarũ alii cẽſoria notatione digni,alii habeantur in prætio,vt facile ſecerni poſſit ex his qui lectione noſtra digni quíue exigendi ſint, diuiſionis gradibus explicandum eſt. Poëtæ itaque omnes aut tantùm conciliandæ auribus voluptatis aut orationis quoque ad meliores vitę vias gratia fabulas finxere,auditũ imprimis mulcẽt:veluti ſcenici,de quibus nihil aliud eſt,quod dixerim in preſentia,quàm q Romani veteres apud quos nunq; Tragœdiæ ſiue Cmœdię probare ſua in Scenis ac Theatris flagitia potuiſſent , eos nõ admiſſuri fuerãt niſi conſuetudo vitę pateretur,à rebus diuinis Liberi patris, Apollinisq; ſũpto principio:ab his enim Tragœdia & Comœdia ſumpſerũt exordiũ,dictáque Tragœdia proinde eodem nomine quo ſacer hymnus Liberi patris,cùm hymnus ille fortia facta & laudes Liberi patris cõcinebat : ita & hęc Tragœdia nõ niſi magnorum & fortium virorum vitia reprehendebat , vel ex vocis vaſtitate nominata quę concauis repercuſſionibus roborata,talem ſonum videtur efficere,vt penè ab homine non videatur exire:erigitur autẽ in hircinos pedes,quia ſi quis inter paſtores tali voce placuiſſet, capri munere donabatur:vel q hyrco ornabatur inter alia præmia eius carminis ſcriptor : vel quia corium hirci plenum muſto ſolenne præmium cantoribus erat: vel q ora ſua fecibus perliniebãt Scenici,ante vſum perſonarũ ab Aeſchylo repertum , fex enim grẹcè dicitur τρύξ: & his quidem cauſis Tragœdię nomen inuentum . Simili modo quũ pòſt longo tempore Apollini Nomio vel Ariſteo , id eſt,paſtorũ vicinorũmue præſidi deo ſacra & ludi inuenti celebrarentur circum Atticę pagos & vicos & villas, & compita vbi ruſtici geſtiẽtes humanos actus lętiſſimis carminibus irridebãt, ſacer hymnus Apollinis cãtus eſſet , q Comœdia dicebatur, vt opinor à pagis & cantilena compoſito nomine:vel à Græco quod eſt comeſſatum ire cãtantes

consuetum est ibi quoq; sicut in sacris Liberi reprehensoria carmina recitari, sed quæ non reprehenderent, nisi vitia agricolarum & mẽdicorum hominum, quorum ille erat conuentus maximè apud Græcos, etiam primùm fuit lege cõcessum, vt quod vellet Tragœdia siue Comœdia quodã quasi ludo, salsa & faceta reprehensione composita, & dignitate orationis, & vtilitate corrigẽdorum morum nominatim de quo vellet diceret: quod suis tẽporibus profuit multũm quũ vnusquisq; caueret culpã, ne publico spectaculo derideretur. Postea verò quàm victor populus & prius Athenienfis, postmodum Italicus cœpit agros & vrbes extendere, & multitudine ciuium creuere factiones & vitia, tantóq; poẽtæ pro materia vitiorum acrius reprehenderent, vt etiam ad nobiles vsque conscenderent, nec solum homines improbos in repub. & seditiosos, cæterum nonnullos virtute ac magistratuũ dignitate præstãtes nulla lacessiti iniuria, vt Neuius sæpenumero Metellos lacessĕret atq; vexaret, nobilitas indignata legẽ dedit, ne quis nominatim reprehẽderet quẽquã. Horatius, Lusit amabiliter donec tam sæuus apertam In rabiem verti cœpit iocus, ac per honestas Ire domos impune minax, doluere cruento Dente lacessiti, fuit intactis quoque cura Conditione super communi: quin etiam lex Pœnáque data malo, quę nollet carmine quẽquam Describi. Hac lege siue pœna quum aliquanto tẽpore siluissent, à cõsuetudine prisca deterriti, nihilq; dictarẽt, rursus aliud genus dictaminis adorti sunt: ibi enim Satyra sumpsit exordium, quæ à Satyris quos in iocis semper petulãtes deos scimus esse, vocitata est, quidã aliunde nomẽ praue putant. Hęc igitur Satyra eiusmodi fuit, vt in ea duro veluti & agresti ioco de vitiis ciuiũ tamẽ sine vllo proprii nominis titulo, carmẽ esset: quod itẽ genus Comœdiæ multis obfuit poëtis, quum in suspitionem potentibus ciuibus veniissent, illorũ facta descripsisse in peius, ac deformasse stilo carminis. Hoc igitur malo coacti sunt omittere Satyram, & aliud genus carminis, hoc est, nouam Comœdiã inuenire: q; Græci quamquàm impudentius, tamen conuenientius licere voluerunt, cum viderẽt suis diis accepta & grata esse opprobria, nõ tantũ hominũ verum etiam ipsorum deorũ in scenicis fabulis, siue à poëtis essent illa cõficta, siue flagitia eorũ vera commemorarẽtur & agerentur in Theatris; atq; ab eorum cultoribus: vtinam solo risu, ac non etiam imitatione digna viderentur; quale est illud apud Terentium, dum flagitio Iouis optimi maximi adolescentum nequitiam incitaret. Quid enim ingenui iuuenes aut virgines ipsæ faciẽt, quum hęc & fieri sine rubore, & spectari ab hominibus libẽter cernant? nónne admonebuntur quid facere possint, & inflamabuntur libidine, quæ visu maximè concitatur? At Romani quamuis noxia iã suspitione premerentur, vt illos deos colerent, quos videbant sibi voluisse scenicas turpitudines consecrari, sue tamẽ dignitatis memores ac pudoris actores taliũ fabularũ haudquaquã honorauere, more Grẽcorũ: sed artem ludicram scenámque totã in probro duxere, genus id hominum non modo honore ciuiũ reliquorum carere, sed etiã tribu immoueri, notatione censoria voluerunt. Nã quãquam ibi actus musici et prudentissimi sẽculi dicta floruerunt, ętas tamen subsequens miscens ludicra priscorũ inuenta traxit ad vitia, & quod honestę causa delectationis repertũ erat, ad volu-

ad voluptates corporeas præcipitatis mentibus impulerunt: quo factum est, vt paulatim honestissimę disciplinę improborum consortia fugientes, verecunda se exinde consideratione subtraherent: & consultè id quidem. Quid enim aliud quàm libidines edocent & instigant histrionum impudentissimi motus, quorum eneruata corpora, & in mulierum incessum habitúmque mollita impudicas fœminas immodestis gestibus mentiuntur? Quid de Mimis dixerim? corruptelarum impudentięq; omnis disciplinam humanarum rerum imitatione præferentibus, qui docent adulteria dum fingunt, & simulatis stupris eruditum ad vera? quòd si nullus scenicis ad honores dabatur locus, consentaneum videtur, vt ipsi poëtæ talium fabularum compositores, qui duodecim etiam tabularum lege prohibentur famam lædere ciuium; non minus quàm scenici actores habeantur electi. Platoctiam quum recte formaret, qualis esse ciuitas deberet quam finxit, quámque optimis moribus & optimo reipublicæ statu, tanquam aduersarios poëtas omnes (Homerum tamen excipiens, quem honorabiliter admonet, phanum ei constituens, & vnguenta superfundens) vrbe pellendos censuit, ne rectam opinionem de deo fabulis forte destruerent, deorum iniurias indignè ferens, animósque ciuium talium lectione fucari corrumpique. Huic illud quoque apud Lacedæmonios persimile probatur, qui Archilochi poëtæ libros è ciuitate sua asportari iussere, quòd eorum parum verecundam, parum continentem ac pudicam lectionem non virtutum semina, sed labem quandam potius & iuuentutis corruptelam, viamq; ad obscœna singula præstruentem arbitrarentur. His proximi sunt, qui auditum etiam mulcent, sed illecebris ac fœdis amoribus referti, lasciuię omnis & intemperantię legem præferentes: quales Marsum Pedonem, Aediuium Zetulicium, Portium Theium Lacedęmonium. Meminium, Titydem, Cynnam, Cornificium, Anserem, Hortensium, Seruium, Gallum, Catullum, Caluum, Propertium, Tibullum, Apicium, mulierem Lesbiam: Nasonémque postremo omnium lasciuissimum, siue M. Valerium Martialem: & quicquid Melicorum, siue Lyricorum, siue Dithyrambicorum erit huiusmodi, quod dictum licentius ac procacius videatur: quum horum omnium libri potius Veneris militiam, quàm Martis studium, & instituta perstruere videantur. Molliunt enim fortissimorum hominum animos dulcedine sua, & ita molliunt, vt non legantur modò sed ediscantur: sicque ad malam rei domesticæ disciplinam, vitamque omnem quum accesserint, neruos virtutis omnes elidunt. Sunt Epici alii, qui summa vi eloquentię carminísque præcellentia per turpia licet & indigna nonnunquam effluant: perplurima tamen ac maxima per clarissimos duces bella memoratu digna sub honestis rerum figmentis ac velaminibus ad varium optimúmque degendę vitę genus proprius videntur accedere. Hi sunt qui suppliciis & pœnis improbos homines variis terrent agitantq; terroribus, eos qui econtra iusti probíq; fuerint, & ob patriam pugnando vulnera passi, Quíque sacerdotes casti dum vita manebat, Quíque pii vates et Phœbo digna locuti, Inuentas aut qui vitam excoluere per artes, Quíq; sui memores alios fecere merendo, puros, impatibiles, & beatos in cœlum prouehi virtutum meritis, vel in campos quosdam fortunatos rapi hic vbi mira voluptate fruantur:

Hoc in

Hoc in genere quum multi nobis occurrant poëtæ, omnium clariſſimi Homerus & Maro primi ſe ingerunt. Apud illũ nanque operæpreciũ eſt videre,quæ prouiſio ducum in bello,qui aut aſtus aut fortitudo militum,quod inſidiarum genus vel cauẽdũ vel inferendum: quæ deinde monitio, quod conſilium,quod genus Aeneas prælio Troianorũ dux ,Græcos magna vi pulſos in caſtra redegerat:quumq; audacius ſurgeret,ac iam totum agmen obiiceret caſtris , aduolat ad eũ Hector & ſenſim circumſpectéq; agere monet, affirmãs eum qui exercitum ductitet,non tam audacem quàm cautum eſſe debere,quod quãti exiſtimandum eſt preſertim ab Hectore audaciſſimo traditum,tute Sigiſmunde tecum verſa atque peruolue . Apud eundem quoq; poëtã Iris ſiue ſomnus,vt alii interpretantur,nónne ad Atridem miſſus quum dormientẽ comperiſſet , corripit eum verbis negatq; dormiẽdum eſſe,cui tot populorum , tot gentium ſalus cõmiſſa eſt,ac tantarũ denique rerum incumbit prouiſio? Poſtremò quum rebus dubiis & afflictis ſpectatores deligendi ſunt,qui noctis intempeſtę ſilẽtio caſtra hoſtium penetrent,nónne Vlyxes inibi cum Diomede deliguntur,veluti conſiliũ & auxiliũ,veluti mens & manus,animus quoque & gladius? Quiſquis igitur cõcionator aut imperator ſũmus effici voluerit, Achillis aut Agamemnonis ſe ſimilem fieri cupit,is ſe in huius poëtę diſciplinã tradat , librũq; de manibus nunquam deponat,quod ab Alexãdro ſicut ex ipſius ꝓcipi poteſt epiſtolis factum fuiſſe proditum eſt. Is enim rex diſcendi legendiq; auidus,Iliadem in qua rei militaris viaticum exiſtimare ſolebat & appellare , Ariſtotele exponente perdidicit,eam ſemper vnà cum pugione ſub puluino iacentẽ tenere ſolitus,qui itidem quanti eundem poẽtam facere viſus ſit,ex hoc maxime liquet:hic enim quum inter ſpolia Darii regis deuicti vnguẽtorum ſcrinium reperiſſet auro gemmiſque expolitũ,ac eius ſcrinii varios vſus amici oſtentarent, immo inquit librorum Homeri cuſtodiæ detur,vt precioſiſſimum humani animi opus quàm maximi diuiti opere conſeruetur. Apud hũc verò huius quem modò diximus Homeri in omnibus ferè ęmulũ Maronem, deeſſe quid poteſt? cuius poëſim nedum viaticum , cæterum totius penè rei militaris eſſe diſciplinam non dubium eſt,in belli tempora pacíſque diuiſam. Quod etſi ſatis diuini operis eius conſtet initio , apud eos tamen qui mentem eius enucliatius perſcrutantur potiſſimùm eſt intueri. Nam ſi militaris iuſtitię formam et tremendum cõſulis imperium ab eo quæris, occurrit tibi ilico in primis Brutus,deinde Torquatus rigidis faſcibus , immo ſæuis ſecuribus in filios patriam & rei bellicæ diſciplinã acerrimè vindicantes . Si fortitudinem,aderit Horatius Cocles,qui pro ponte ſublicio ſtans,minitantem Porſennam exercitũque eius,qui grauiſſimo bello Romanos vrgebat,auſus eſt & potuit dũ pro ſalute patrię dimicat,donec pons ipſe ſolueretur à tergo in arcẽdo hoſte ſuſtinere. Si luẽdis periculis publicis priuata piacula,Decii præſto ſunt,vt illis cadẽtibus & iram deorum ſanguine ſuo placãtibus romanus liberaretur exercitus. Prętereo Camilli victoriã de Gallis,Coſſi clariſſimè res geſtas. Fabricii & Curii victus tenuitatem eorúmque duritiam & cõtinentiam,Fabii moram, et plurima huiuſmodi in bello & pace non minus egregia mentem ſubeuntia:quæ omnia poetam no-

bilem minime latuere dicẽtem, Interea muſis animis dum mollior ętas, Et quę mox initure legas,nec deſinat vnq̃ Tecum graia loqui , tecũ romana vetuſtas. Antiquos euolue ducęs,aſſueſce futurę Militię,Latium retro te cõfer in ęuum Libertas quæſita placet,mirabere Brutũ.Perfidiam dãnãs Metii ſatiabere pœnis. Triſte rigor nimius, Torquati reſpice mores.Mors impẽſa bonũ,Decios venerare ruẽtes. Vel ſolus quid fortis agat te põte ſoluto Oppoſitus Cocles,Muti te flãma docebit.Quid mora proſpiciat,Fabius :quid rebus in arctis Dux gerat oſtẽdet Gallorũ ſtrage Camillus.Diſcitur his nullos meritis obſiſtere caſus, Prorogat ęternam feritas tibi punica famam Regule,ſucceſſus ſuperent aduerſa Catonis:Diſcitur hinc quãtũ paupertas ſobria poſſit,Pauper erat Curius regem quũ vinceret auro,Pauper Fabricius Pyrrhi quũ ſperneret aurũ,Sordida Serranus flexit dictator aratra , Luſtratæ lictore caſæ facéſq; ſalignis Poſtibus affixi,collectę cõſule meſſes,Et ſulcata diu trabeato rura colono.Prætęriẽs itaq; reliquos ex noſtris,exterorũ nonnullos Tirtheumq; Lacedæmoniorũ poetã ac ducem dicã imprimis,cuius cõpoſito carmine & pro cõcione habito, tãta vi animorũ deuictis Meſſanis deniq; cõcurſum eſt , vt rarò vnquã cruẽtius pręlium exarſerit,tametſi antea cõflictibus Lacedæmonii à Meſſanis fuſi metuq; periculi propterea territi,certamine deſiſtendum arbitrarẽtur. Thucydidẽ prætea rea,nónne quem imperatorẽ Athenienſes in exiliũ egere Tragœdiarum conditorem reuocauere,deinde maxima bellorũ tẽpeſtate permoti? duos duces nõ abre delegere,Periclem ſpectatæ virtutis virũ & Sophoclem Tragœdiarũ ſcriptorem? qui diuiſo exercitu & Spartanorũ fines late populati ſunt,& multas Aſiæ ciuitates Athenienſiũ imperio adiecerunt. Quid Diopitẽ,& Meneſtheum, Leoſthenem & Charedemũ ſubticeo ? nõne his artibus & rei bellicæ peritia amplitudinẽ adeptos ſcimus,rẽpub.Periclis,Ariſtidis & Solonis more gerẽdo? vtpote omni ex parte abſolutam & vtrinque excultã & idoneã? Quiſq; enim horum virorum,videbatur,vt inquit Archilochus & Mauorte deo gratiſq; Helicone camænis, Aſſiduus cultor munus vtrunq; tenens. Apud agreſtiores denique barbaros et nationes nõnullas,vt apud Galatas,tanti ſunt poëtæ,atque ſapientię cedit ira,Marſq; reueretur muſas , vt quũ inſtructa acie exercitus eductis enſibus iactiſq; iaculis propinquant , non ſolum amici , verum hoſtes quoque,eorum interuentu à pugna conquieſcant.

De Muſica & in quo cum re Militari commercium eius ſit. CAP. IIII.

DIſciplina autem cantuum & modorum quam Muſicen dicunt , non minus in ſtudio erat quàm dicendi emulatio ac nitor.Ipſa nanq; modulis ſuis & numeris,inſtitutio erat ad ingenuos animi mores ratione moderandos, & ſtimulus quidam ad eum cõcitandum & ad impetũ quaſi furẽtem atq; ſtrenuum inducendum.Etenim quum hæc ipſa diſciplina ſit in modos ſiue tonos,numeroſq; diſtributa , repente vt diſſimiliũ concordia quã harmoniam vocãt diſtinguitur:ſic audientium animi diſponũtur ad vnũquemq; ipſorũ,ad alios quidem cõpoſitè et mediocriter, vt ad doricum quem fatentur omnes conſtãtem ac firmum eſſe,morẽq; cõtinere virilem prudentię ac caſtitatis auctorem:ad alios violenter,vt ad eum qui Phrygius eſt,qui

& ita

& ita excitat,distrahit rapitq; animũ ad pugnas,votũq; furoris inflãmat,vt vix apud sese videatur,quẽadmodũ de Pythagora scriptũ est,q violentos ac debachãtes adolescẽtes sub huiusmodi sono incitatos,spõdeo succinẽte,ad cõpositę mẽtis tranquillitatẽ reddiderit. Nã quũ mulieris cuiuspiã dilectę domũ vellẽt amburere forẽsque perfringere, vbi Pythagoras intellexit tibiarum Phrygiiq; modi sono adolescẽtes raptos furere,& multorum persuasionibus cœptis nolle disistere,mutari modum præcepit,atq; ita tarditate modorum furentem illorũ petulãtiã cõsedasse.Simili modo de Timotheo Milesio inuulgatũ est,qui quũ in Alexãdri cõuiuio esset,et hũc,quẽ Phrygiũ diximus,modularetur,vsq; adeo regẽ excitasse fertur,vt ad arma capiẽda ꝓsiliret,atq; iterũ ad cõmessatores epulasq; reduxisse,modulatione mutata.Eũdem etiã ferũt Alexandrũ Xenophõte canẽte manũ ad arma misisse.Sũt et modi alii diuersorũ etiã idiomatũ vocabulis designati,vt Aeolius,q animi tẽpestates sedat,sõnũq; iam placatis attribuit. Iasius,qui intellectũ obtusis acuit et terreno desiderio grauatis cælestiũ bonorũ appetẽtia operator indulget.Lydius,qui contra nimias animę curas tædiáq; reptus,remissiõe reparat et oblectatiõe corroborat.Itidẽ enim et in numeris dicẽdũ,quũ & alii morem cõtineãt grauius,alii verò cõcitẽt,alii liberaliores,alii violẽtiores afferãt motus,quo fit vt morũ animorũq; maximę mutationes fiant. Nã si numeri modiq; ad mẽtẽ vsq; puenerint, equè animũ atq; ipsi sunt afficiãt necesse est.Ideo lasciuia mollis dissolutaq; mẽs mollibus & impudicis modis delectatur, asperior rursus durioribus gaudet: mediocribus autẽ quæ mãsueta,ex quo internosci potest,quãta sit nobis cognatio cũ harmonicis modulationibus, quũ et multi quoq; Sapientũ dixerint, alii quidẽ animã esse harmoniã, alii vt Plato mũdi animã musica cõueniẽtia fuisse cõpactã. Proinde nullis quidẽ q sapientiã profitẽtur,curã Mũsicæ quantũ ætas illa recipiebat defuisse,quũ Pythagoras inuẽtor atq; eũ secuti aliquot præcipui philosophi,imbibita & assũpta à veteribus opinione cuncta cõpleuerint,mũdũ hũc quatuor elemẽtis ea resonãtia esse cõfectũ,quã postea sit lyra ad similitudinẽ veræ testudinis imitata, cuius Mercuriũ quoq; neruis trium chordarũ,triũ anni tẽporũ instar,repertorem tradũt. Tres enim instituit voces,acutã,grauẽ,& mediã.Acutam ab æstate, ab hyeme grauẽ,à vere autũnoq; mediã, tantaq; proinde vtilissima procuratẽ Astronomi inter stellas requirẽdã esse putauerũt,persuadẽtes cælestẽ esse musicã, quãdo lyrę formã cõprehẽdere potuerũt inter sydera collocatã.Detractoribus autẽ & humile et abiectũ huius disciplinę exercitiũ esse dicentibus,q; aiũt sordidos homines ac viles musicã exercere,haud quaq; difficile est respõdere,si spectetur qbus modis & instrumẽtis,et quousq; illi indulgendũ ab his q ad virtutẽ ciuilẽ erudiuntur : quum vsq; ad aliquid discere & exercere honestũ sit atq; modestũ,ad extremum vsq; prosequi & ab illius illecebris capi,turpe atque indecorum:& quum nihil vetet modos quosdã et instrumẽta musicæ illud quod aiũt efficere,clarũ est oportere disciplinã eius neq; impedimẽto esse cęteris operatiõibus, neq; corpus molle & inutile reddere ad bellicas ciuilesq; exercitationes:quod vtiq; fiet,si neq; illis tẽporibus multũ impartiemur,quæ ad certamen artificii pertinent,neq; circa admirabilia quędã & superuacanea, sed eó vsque

vt gaudere valeamus probabilibus modis,et non cõmuni ſenſu muſicæ ſolũ,vt turba vilium ſeruorũ,ac puerorũ,Quũ autem ſonorum qui materies cantilenarũ ſunt,triformẽ cõſtet eſſe naturã, quod triũ muſarũ numerus efficit, quũ aut ſcilicet voce editur,ſicuti eorũ eſt qui faucibus canũt:aut ſpiritus,ſicuti tubarũ & tibiarũ:aut intẽſione & pulſu,ſicuti in neruis et citharis et tympanis et quibuſdã aliis,quę cõcaua feriẽdo canora ſunt,ex his qui fit voce modus quàm decẽs ſit quãq; ingenuis progredi in ea liceat,ex Philippi & Catonis ſentẽtia intueri licet.Hic enim quia ſibi viſũ eſt bene cãtare nõ ſerii hominis eſſe,nimirũ M. Senatorẽ nõ ignobilem,ſpatiatorẽ et feſcemiũ vocat . Ille verò in inſtitutiõe adfiliũ, quũ eum accepiſſet ſuauiter quodã in loco ceciniſſe, vrbanè eſt obiurgatus.Non te pudet,inquiẽs,q; ita pulchrè canere ſcias? ſatis eſt enim regi,canẽtibus audiẽdi ocio ſupereſſe : at ꝓmultũ quidem videtur impartiri mulis,ſi cæteris his de rebus concertãtibus ſpectatorem ipſe tãtùm ſe præbeat:quum nec vllus vnquã ingenuus adoleſcẽs,quũ ipſe louẽ ſit intuitus, Phidiã ſe fieri cõcupiuerit,neq; Polycletũ:etſi vehemẽter eorũ opera ſit admiratus.Et quanq; hoc ardens muſicæ ſtudiũ nõ horũ,quos modò diximus,duorũ principũ mẽtes inceſſerit,inuaſit tamen & occupauit aliquorũ animos peſſimorũ,Caii maximè qui adeò cãtandi voluptate efferebatur, vt ne publicis quidẽ ſpectaculis tẽperaret. L.Sylla vir tãti nominis optimè etiã cãtaſſe dicitur. Nero q; vocis curã habuerit cõſeruãdæ vel augẽdę,nemini quidẽ mediocriter erudito in dubium venit, neq; ab his id iniuria factũ quiſpiã forte dixerit. Eſt enim haud dubiè muſicæ pars hęc potens multũ et effectus eius ſupra fidẽ varii,quũ multos ad lęticiã inanẽ,ad amatoria carmina,ad reliquas voluptatis illecebras,multos ad virtutẽ, ſanctũ & deuotũ gaudiũ, piáſq; nõnunquã lachrymas moueat:quę varietas in diuerſas ſẽtentias magna etiã ſanctorũ patrũ traxit ingenia.Nempe Hieronymus canẽdi ſtudiũ improbaſſe viſus eſt,cum inquit,deo,nõ voce,ſed corde cantatur:nec in Tragœdiarũ modũ guttur & fauces medicamine leniendę ſũt,vt in Eccleſia theatrales modi audiantur. Vnde fit plerũq;,teſte Gregorio,vt in ſacro miniſterio,dũ blanda vox quęritur,cõgrua vita negligatur, & cãtor miniſter deũ moribus ſtimulet, quũ populũ vocibus oblectat. Ambroſius pietatis appetẽs,vt caneretur inſtituit.Athanaſius vanitatis fugitãs, canẽdi vſũ in eccleſiis eũ ap,pbat,q tã exiguo vocis flexu fit, vt pronunciãti vicinior ſit:ne voluptatis,aut vanitatis,aut laſciuiẽtis & proſtitutę vocis luxu affectuq; ſtupẽtes emoriãtur animulæ. Auguſtinus difficile hinc inde ſibi negotiũ dubietate exortum intuẽs,ita fluctuo,inquit,inter periculũ voluptatis & experimentũ ſalubritatis, magiſq; adducor nõ quidẽ irretractabilẽ ſententiã ,pferens, Cantandi dico cõſuetudinẽ approbari in Eccleſia , vt per oblectamẽta aurium infirmior animus in affectũ pietatis aſſurgat:tamẽ cùm mihi accidit,vt me amplius cantus q̃ res quę cantatur moueat,pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantẽ:quanquã alio in loco apertè denunciet,nos non propter ſuperſtitionem prophanorũ debere muſicã fugere,ſi quid inde vtile ad intelligẽdas ſacras ſcripturas capere potuerimus:nec ad eorũ theatricas nugas cõuerti,ſi aliquid de citharis & de organis,quod ad ſpiritualia capiẽda valeat,diſputemus.

Neq;

Neq; enim & literas diſcere nõ debemus,quia earũ deum dicunt eſſe Mercurium,aut quia virtuti iuſticię tẽpla dedicarũt,et quę corde geſtãda ſunt in lapidibus adorare maluerũt;propterea nobis iuſticiæ virtus fugiẽda eſt. Qui verò exſpiritu et ore fit modus,nõ aliter improbãdus nobis erit, ac de Minerua & Alcybiade rationabiliter teſtãtur antiqui. Aiũt enim illã tibiarũ reptricẽ eas abiciſſe, ob deformitatẽ oris infenſã:huic verò ab auunculo Pericle tibiarũ ſtudio tradito ſimiliter obtigiſſe,qui cùm ab inſigni tibicine ad ipſum accito,oblatas tibias ori applicuiſſet,& collecto ſpiritu genas inflaſſet,animaduerſa vultus deformitate erubuit,& abiectas tibias aſpernatus fregit, meruitq; tenera licet ætate exẽplo eſſe,vt totius populi cõſenſu ex tũc Athenis tibiarũ vſus,qui poſt victoriã cõtra Medos aſſũptus & receptus adeò fuerat, vt ingenui omnes addiſcerẽt, improbaretur.Nec Athenienſiũ modò,nec veteris illius celebratiſſimæ quõdã Græciæ,quæ pòſt tellus Itala eſt, virorũ illuſtriũ ſolũ,ſed maiorũ quoq; noſtrorũ,multarũq; aliarũ nationũ & populorũ fides & tibias ſolennibus epulis,choris,& cõcionibus adhibere,veteris inſtituti fuiſſe cõperio,quũ illorũ laudes qui fortiter pro patria occubuiſſẽt, et eorũ vituperationes qui metu id agere detrectaſſent,cãtu & tibiis proſequerẽtur:quippe quæ etiam ludis pariter cõmunes & luctibus.Ouidius, Temporibus veterũ tibicinis vſus auorum Magnus,& in magno ſemper honore fuit.Cantabat phanis,cãtabat tibia ludis,Cantabat mœſtis tibia funeribus. Et quanq; ab ingenuis & grauibus illis ad meribibulos quoſdã helluones leuiſſimos & ſordidiſſimos eſt huiuſmodi tibiarũ ſtudiũ,vt ãtea forte prolapſũ, apud multas tamẽ nationes & bellicoſiſſimos populos in cõſerẽdis bellis,veluti diſciplinã quãdã militarẽ fuiſſe,multorũ cõſtat exemplis.Spartiatarũ enim militia imprimis ad modũ ac tibiã ꝓficiſcebatur,nec adhibebatur vlla ſinè modulo anapæſti pedis cohortatio. Itaq; illorũ aſpectus pulcher erat,& formidabilis: qui & numeris ad tibiã incederẽt, neq; phalãgis ordinẽ miſcerẽt,neq; animis turbarẽtur,ſed manſuetè & hilariter à modulo in diſcrimẽ inducerẽtur,quũ certũ videatur, neq; metũ neq; furorẽ nimiũ illis ori ri poſſe,qui ita ſe habuerint,ſed firmã potius & conſtãtem animi magnitudinẽ ſpei audẽtiæq; admixtã.Nec aliter Lydos Halyacte etiã rege ſuo bellũ Mileſiis inferẽte inire prælia ſolitos accepimus,quũ non ſolũ inter pugnantis exercitus acies tibicines habuerit,ſed fiſtulatores & fidicines,quod Cretenſes itidẽ nõ tibia ſed cithara quaſi magiſtra ac duce ſingulos eorũ bellicos actus regẽte nõ abre feciſſe memorãtur.Nã veluti Loconicus ille poëta inquit, Serpit et in ferrũ citharę ſonus ipſe canorę.Et quid aliud in noſtris legionibus litui ſiue cornua tubæ,claſſica,buccinæ,ſiue Tympana ſibi volunt, quàm vt his in bello & progreſſione & itẽ receptui cãtetur: aut nimis remiſſos excitãdo,aut plus iuſto cõcitatos reuocãdo? quod poëtarũ maximũ minimè fugit dicẽtem, Aere ciere viros Martẽq; accendere cãtu. Nec cantu ſolùm accendi remittiq; virorum animos conſtat: verùm equorum, quibus docilitas tanta eſt,vt vniuerſus Sybaritani exercitus equitatus ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadã moueri & excitari ſolitus inueniatur.Cæterùm Sigiſmũde Pandulphe qui ex pulſu et fidium intenſione fit modus,quo pacto in eo quiſq; agat,plurimùm refert. Nam

ſi vti tu tecũ aliquãdo ſoles ſapiẽtiſſime princeps poſt magnas curas, difficiles & illuſtres bellorũ occupatiõnes relaxãdi ac reparandi animi gratia, vel amicorũ vel propter virtutẽ quis agat, non illiberaliter ſed modeſtè ab his aliquid voluptatis aſſumet: nec abſurde hanc muſicæ partẽ bellicę fortitudini coniunxiſſe te quiſpiã admiretur, Mercuriũ maximè imitãtẽ, qui Palęſtrã docuit &, lyrã primus inuenit: qui verò id ipſum propter alios vt audiẽtes oblectet ſæpe vti videbitur, turpiter ac indecorè agere, quũ finis cuius ſit gratia improbus ſit & meritò improbãdus vſus, nec aliter q̃ quomodo multa inſtrumẽtorũ antiquorũ improbata ſunt, veluti Pentades & Barbiti & quæ ad voluptatẽ audiẽtium intendebant, et heptagona & cũcta quę indigent perita manuũ geſticulatiõne. Itaq; profitendũ puto nõ hác quæ iſtis inſtrumẽtis cõſumitur omni dedita opera pręcepi, & quę in theatris olim & in ſcenis effœminata & impudicis modis, infracta non ex parte minima, quęue nec fera nec varia ſit, ſed ſimplex, morata, prudens, maſcula atq; modeſta, & qua laudes fortiũ canebantur, quáſq; ipſi canebant, cuiuſq; qui tũc fuiſſet ignarus quisquis ille eſſet habebatur indoctior. Quod Themiſtoli Attico Gręcorum imperatori clariſſimo eò quòd lyrã inter epuládũ recuſaſſet, accidiſſe Cic. teſtis eſt. Epaminũdã Thebanum hanc fortaſſis infamiam declinantẽ pręclarè fidibus cõcinentẽ accepimus: et Achillem Homerus inducit à pugna redeuntẽ in hac re aquieſcere ſolitum, nõ amatoria quidẽ ſed virorum fortium geſta modulantẽ. Ouidius hũc nõ modò, ſed Alcydem fidibus doctum, muſicíſq; inſtitutum diſciplinis his verbis expreſſit, Ille manus olim miſſurus in Hectora lęto Creditur & lyricis detinuiſſe modis. Venerat Alcydes exhauſta parte laborum, Iuſſáq; reſtabãt vltima penè viro. Nero verò quantum ſtudio citharæ deditus fuerit, incredibile dictu eſt, cùm neq; quicq̃ omitteret eorũ quę eius generis artifices ex induſtria factitare ſolẽt. Id verò eiuſdẽ ſtultũ penitúſq; ridiculũ, quòd nocte illa quę ſibi vitę fuit vltima in terris, inter querelas quas vicina mors & preſens metus dolorq; dictabãt, crebrius atq; miſerabilius, non quòd tantus princeps, cæterũ quòd muſicus deperiret defleuit infœlix. Multa præterea poſſent Adriani, Alexandri, Seueri, et aliorũ maiorũ exẽpla in mediũ ꝓferri, ſed vereor ne ſi fuero in taliũ enumeratione diutius immoratus, aut oblitus eſſe ꝓpoſiti videar, aut crimẽ loq̃citatis incurrã.

De *Arithmetica & militari Geometria.* Cap. V.

DIgnum et conſentaneum propterea viſum eſt eas diſciplinas attingere quæ Geometricis numeros rationibus & multiplicationes habent notas. Magnũ nanq; adiumentũ afferunt ad eorũ quę ſupra nos ſunt, vim naturãq; explicandã, maximũ ad ea quæ infra, vt ad locorũ interualla, ędificiorũq; magnitudines, profunditates aquarũ, inſtrumẽtorũ quorũdam infra ſcriptorũ arte dimetiẽdas: quã rem vt eſt hominũ genus nimis ſolers atq; ſolicitum, Chaldęi primi inueniſſe et Aegyptii nõ diſſimili feruore calentes tranſtuliſſe memorãtur, qui rationẽ huius diſciplinæ generaliter colligẽtes ad hęc omnia quę diximus q̃cquídue poteſt formis generalibus contineri aptã ita eſſe docuerunt, vt ea ſine nihil horum poſſit ad agnitionem veriſſimã peruenire. Eudoxũ etiã & Architã inchoaſſe variis eã formis & cęlaturis illuſtrãtes

memoriæ

memoriæ proditũ inuenimus. Hi enim artis obſcuratis ſub pectoribus ingenii latẽtes rationes, obductas propoſitiones demõſtrationeſq; per ſenſum ac inſtrumẽtorũ exẽpla inuulgarunt, ambo in cõparãdis ꝓduxerunt inſtrumẽtis ſemiſcriptis qbuſdã lineolis figuriſq; geometricis machinamẽta formantes. Quocirca in eos moleſtè cõcitus eſt Plato quòd doctrinę huius tãtę dignitatẽ ac pręſtãtiã ſuſtuliſſent, quę à cogitatione & rebus incorporeis ad ſenſibilia quędã prola pſa eſſet, quaſi ad ſui vſum corpore & mercenaria indigeret inertia. In qua re operoſã porrò ac mirificã quoq; Archimedis & Scopinę Siculi Siracuſis induſtriã à nominatiſſimis artiũ ſcriptoribus fuiſſe ſpectatã atque ꝓbatã nõ ambigimus. Multa nãq; organica & gnomonica numero naturalibuſq; rationibus inuẽta atq; explicata poſteris reliquerũt, maximã ſibi gloriã prę cęteris vindicãtes, Archimedes præcipuè, ærei cõcauiq; orbis & globi cęleſtis inuẽtor. Erat enim ea tẽpeſtate obſeſſis dura obſidione à Marcello Syracuſis, vir ille huius diſcipli næ ſtudio ante alios omnes & doctrina pręcellens: admirabilior tamen artifex fabricatorq; muraliũ ac bellicorũ tormentorũ, quibus varia miſſiliũ genera & immenſæ magnitudinis ſaxa incredibili fragore & celeritate iaculata vexant hoſtes, leuiq; momẽto labefactãtur muri, & mœnia quatiũtur, quibuſq; vſus ad obſidionẽ patriæ ꝓpulſãdã aduerſus Romanũ exercitũ & Marcellũ ducẽ vnus Archimedes ex tãtę vrbis ciuiũ numero haud dubiè tardioręm effecit. Quam tarditatẽ quũ Marcellus tãdẽ vrbe potitus victoriæ ſuę magno impediměto fuiſſe cõperiſſet, eius tamẽ egregia opera delectatus, quũ eam vrbẽ diripiẽdã permitteret diſcurrẽtiũ militũ furori, vnũ de tot milibus ciuiũ vita donatũ excipit Archimedem, pluris illũ meritò quàm vniuerſũ populũ faciens. Cęterũ in tãto tumultu quãtus captæ vrbis in diſcurſu eſſe poterat, dum artis ſuæ lineamẽtis & formis quas in puluere ille deſcripſerat totus incubuit, introgreſſus interea vnus ex militibus Ro. inter rapinę ſitim & imperatorii præcepti memoriã hęſitabũdus, ſtricto mucrone ſupra verticẽ cogitãtis, vt nomẽ ſuũ ederet iubebat. Sed is cui oculos atq; aures ingens animi cura cõcluſerat, ferociter percũctãti et quiſnã is eſſet ſciſcitãti, certũ aliquid reſpõdere nõ curãs, oppoſita quin immo tãtũ manu ne puluerẽ ſibi ſuum cõfunderet obſecrãs, militi contemptione iratо trucidãdi ſui cauſam præbuit. Cuius mortis miſertus dux Ro. immunitatẽ fruſtra ſibi deſtinatã in affines eius tranſtulit, ſibiq; quod vnicũ ſupererat fieriq; potuit, funeris ac ſepulturæ curã exhibuit. Huius etiã ſepulchrũ ſphęra & Cylindro in ſummo eius ſculptum & inciſum multo pòſt tẽpore diſiectum & ſuis etiã ciuibus incognitum inter denſiſſimas vepres obſitum ſe reperiſſe, et ignorantibus indicaſſe dum in Sicilia queſtor eſt, Romani princeps eloquii Cicero gloriatur. Hoc itaq; modo hiſq; auctoribus oblabantem paſſim & inuulgatam artis huius imitationem fabricandorum induſtria machinamentorum à Geometria delapſa conſpicitur, ac diutius philoſophia neglecta vna militaribus ac mechanicis artibus inſtrumentis eiuſmodi enumerata ſecernitur.

Per vmbram quoq; turris vel erecti ſti
pitis eorũ altitudo deprehẽditur.



Inanis pila plũbea vel ænea, manu cum ferrea, in hũc modum, quæ in aquã demiſſa cõtinget in profũdũ trahi: quod vbi tetigerit, mox reſiliẽs ſurſũ aſcẽdet. Vbi igitur immergi cœperit, cõputa in merſi one ipſa tẽporis momẽta, móxque lãceã demittẽs, pedũ altitudinẽ vel cubitorũ quãtitatẽ diſtribue, & ſanè quod in minori aq̃ fuerit inuẽtũ, in oi maiori copia index tibi ac certiſſimus teſtis accedet.